

**AB**

**143582**

W. Rm. J.

4.

MEMORABILE  
TERTIUM  
*DE*  
ÆRARIO  
IMPERIALI.


---

CLC LXXIV,

Aaa

*Tertium hoc S. R. I. memorabile  
De Ærario Imperiali  
Serenissimo Imperii Architheatrario  
Sacrum esto.*

*Pecunia rerum administratrix omnium.*



## Conspectus Capitum partis III.

L I B. I.

C. I.

### *De ærarii Imperialis necessitate.*

- I. Ærarii publici necessitas in S. R. Imp.
- II. Nulla penè Respublica sine ærario fuit.
- III. S. R. Imp. sine eo haec tenus non bene fuit, nec valuit.
- IV. Expedit S. R. Imp. suum habere ærarium.
- V. Subditorum opes heri & hodiè vanè habitæ loco ærarii.
- VI. Non major in subditis, quam in ærarii administratoribus fides.

C. II.

### *De Architheatrarii necessitate, dignitate utilitate.*

- I. Ærarium Imperiale non potest esse sine Architheatrario Imperiali,  
nec iste sine illo.
- II. S. R. Imp. Architheatrarius non ita pridem quasi divinitus con-  
stitutus.
- III. Ejus dignitas, utilitas, necessitas.
- IV. Honora semper fuit & quondam quæstura.

C. III.

### *De ærarii Imperialis natura à fisco & marsupio distincta.*

- I. Ærarii etymologia & nomen retentum, licet pecunia non amplius  
ærea.
- II. Natura ærarii generalis.
- III. Notio pecuniaæ Imperialis.
- IV. Ærarium eur dictum Imperiale.

Aaa 2

V. Fisci

- V. Fisci nominalis notio.
- VI. Fisci realis notio, distincta ab Imperii ærario.
- VII. Bona ærarii & fisci distincta.
- IX. Quid marsupium.

## C. IV.

*De Imperialis ærarii definitione & divisione.*

- I. Ærarii definitio.
- II. Definitionis explanatio.
- III. Ærarii divisio in certam ac diversam pecuniam,
- IV. Quatuor præcipua Imperii iudigna ærario.
- V. Quatuor Æraria in uno summo.

## C. V.

*De cuiuslibet status Imperii redditibus illibatis & distinctis ab huius ærarii mediis.*

- I. Media ærarii Imperialis distincta à Principum fisco, civitatum ærario.
- II. Ærarium hoc non est locupletandum priscis Imp. redditibus, novis per Imperium veigalibus.
- III. Nec nummo Imperii communis.

## C. VI.

*De tribus præviis mediorum ærarii Imperialis.*

- I. Primum prævium, communis Imperialium voluntas illud constitutendi.
- II. Voluntatem movet Imperialis necessitas.
- III. Eadem communis utilitas.
- IV. Itidem ejusdem facilitas.
- V. Alterum prævium, recta æstimatio honorum Imperialium.
- VI. Tertium prævium, Imperii notitia, id est, statuum, locorum, hominum, reddituum, Imperialium.

## C. VII.

*De ipsis mediis ærarii Imperialis.*

- I. Collationes Illustres, voluntariae, decennales.
- II. Collationes bello parte, casuales ac perpetuae.
- III. Collationes feudales, casuales.
- IV. Collationes pœnales, casuales.

V. Colla-

## 5

- V. Collationes ex appellationibus, casuales.
- VI. Collationes ex quasi necessaria juris ratione, casuales.
- VII. Collationes hæreditariae, & vigesimalis, casuales.
- IX. Collationes capitales, quinquennales.
- X. Collationes merciales, continuæ.
- XI. Collationes reales, triennales.
- XII. Collationes frumentariæ annuæ.
- XIII. Collationes sacræ & ecclesiasticæ, casuales.
- XIV. Collationes exteræ & regiæ, decennales.

C. IX.

*De tempore, intra quod Imperiale ærarium his mediis et modis est constituendum ac locupletandum.*

- I. Tempus constituendi ærarii est decennium.
- II. Dicta media & collationes sunt diversi temporis, generis modi.
- III. Singulæ collationes solum habent tempus.
- IV. Quarundam distincta tempora sunt periodica, quarundam continua.
- V. Tolerabilius temporum seu annorum, & conferentium Imperi statuum distributio.
- VI. Ærarium his mediis & annis constitutum, iisdem augendum; eo aucto, collationes aliquandiu remittendæ.

C. IX.

*De summi ærarii partibus, mediorumque ad illas destinationes.*

- I. Summi ærarii partes quatuor, veluti peculiaria unius æraria, Imperatorum, militare, Camerale, Sanctius.
- II. Quæ media inferenda Augusto, quæ militari.
- III. Quæ iterum utrique.
- IV. Quæ Camerali, quæ & huic & militari & sanctiori.
- V. Quæ rursus sanctiori.
- VI. Quæ & quot in quatuor.

C. X.

*De loco ærarii Imperialis.*

- I. Locus ærarii commodus Noriberga, eiusque castrum.
- II. Seu quædam sacris alioquin vacua ædis sacra.

Aaa 3

III, Quæ-

- III. Quatuor ibidem construendi fornices bene clausi.
- IV. Sex ibidem paranda conclavia, toti item minor a contubernia.
- V. Imperialis pecunia sumtibus construenda.

C. XI.

*De ærarii Imperialis constituendi, & constituti ministeriis, horumq[ue] salariorum,*

- I. Ministeria Archithesaurarii, Directorum circularium & magistratum in constituendo ærario.
- II. Peculiaria horum magistratum circularium ministeria in eodem constituendo.
- III. Ultima omnium Magistratum ministeria in eodem.
- IV. Ærarii constituti administratores, summi, medii, infimi.
- V. Munus Archithesaurarii in ærario constituto.
- VI. Cura consiliariorum in eodem.
- VII. Partes ibidem Advocatorum ærarii.
- IX. Opera quæstororum.
- X. Studium scribarum.
- X. Sollicitudo Calculatorum.
- XI. Servitia infimorum,
- XII. Numerus administratorum, seu quot & unde sumendi.
- XIII. Horum salario, à quibus definienda.

C. XII.

*De quæstorum rationalio ærarii, rationalibus, & ratiociniis.*

- I. Notæ boni rationarii.
- II. Tabularum accepti summa capita, capitum articuli.
- III. Tabularum dati capita, horumque articuli.
- IV. Rationalia rationum & articulorum accepti & dati fundamenta.
- V. Quid sit ratiocinium, ejus auditores & examinatores, Consiliarii & advocati ærarii, ejusdemque calculatores, totiusque summa finalis, accepti & dati, & utriusque disputatione.
- VI. Conclusio hujus tertii memorabilis, votum autoris iteratum pro trium horum S.R.I. maximè necessiariorum successu.

L. I.



Lib. 1. Par. 3. C. I.  
*De ærarii Imperialis necessitate.*

## I.

**R**eligio Imperialis, una & concors, est divinum S. R. Imperii propugnaculum. *Ærarium* liti necessarium *Imperialis*, memorato ordinata & administrata modo, internum ejus præsidium. *Ærarium Imperialie*, hoc quo jam dicetur modo, constitutum, utriusq; adjumentum, ipsiusque robur Imperij. Sine hoc illa contra Infideles humanitus non potest defendi, ista ocyus non administrari, hoc non benè intus valere, foras non formidari, majestaticè non conservari, belli, pacisque negotia feliciter non expediri. Præstat Imperio ærarium publicum, quod anima corpori, nervi currenti, pennæ volanti, navis transfretanti.

Quisquis habet nummos, securâ navigat aurâ,  
Fortunamque suo temperat arbitrio.

Hujus adminiculo S. R. Imperium habebit Duces & milites; Judices & assessores, legatos & adjutores.

II. Nullum regnum, Imperium, nulla penè Respubl. paucis exceptis, sine suo fuit ærario; non Hebræorum, quæ tota religione constitit, æarium sanctum habuit. Non Græcorum, quæ suum Dei reposuit; Non Romanorum, qui quoddam sub Regibus, Consulibus, Principibus consti-  
tuerunt. Non defuit collegio Christi, non Ecclesiis Apostolorum suum, & quidem, securis seculis largissimum. Nulla hodiè est tribus, opificium, nullum civium sodalitium sine suo ærario.

III. Sola nostra Respubl. Imperialis sine eo hac tenus fuit, sed minus benè & feliciter. Nuda, id est, necessario ejus adminiculo destituta, non bene valuit, nil benè potuit; non bene patuit imperiali Justitiæ, nec suæ militiae: at benè patuit vicinorum potentia.

*Att. 2, 44. 45. 4. 31. Rom. 12, 13. 1. Cor. 16. 1. 2. Cor. 8, 1. Galat. 6, 6.*  
*Nostrum Imperium sine eo hac tenus male fuit,*

IV. In

*Nulla Respubl. sine æra  
rio fuit pnblico.*

*1. Reg. 7, 5. 14, 26. 16,*

*15, 2. Reg. 12, 8. Neh. 10.*

*32. 13. 5. Thes. 1. 16. 3.*

*Instit. 3, 6. 4. Flor. 3, 9. 5.*

*Tacit. 1, 11. 8.*

*2. 47. 3. 6. 2, 1. 3. 2. 5. 1. Luc. 8, 2. 3.*

*Iohann. 17, 19*

*Expedit  
S.R. Imp. suū  
habere  
ærarium,*

IV. Interest igitur S.R. Imperij quām maximē, publicum quām primum cuius provisus in Instrumento Pacis omissus, constitui ærarium imperiale. Hoc constat ejus autoritas, felicitas, recta & tempestiva expeditio negotiorum Imperialium, belli, pacis, Justitiae, legationum: inde pētenda adjumenta Imperatorum, subsidia calamitatem publicarum.

*Subditorum  
opes, hæri &  
hodie vanè  
habita loco  
ararij.*

*Plin. paneg.  
50.2.27.4.  
Eutrop. lib. 1.  
10.1.2. C. de  
omni agr. No  
vell. 8.*

V. Trī illa, quondam alia Imperij formā speciosius, dicta, quam veritus effecta, aurum, argentum, & quæ pretiosa alia apud subditos sunt, eorum, qui regnant, magis sunt, quam possidentium. Ecquid Cæsar non suum videt? cuius est, quidquid est omnium: tantum ipse, quantū omnes, habet Bonus Princeps, qui magis à suis diligitur, quā timetur, habet, quidquid cives possident. Cives divites nervi Reipublicæ & thesaurei Principis sunt, & id genus alia, nostrâ hodie Imperij figurâ, inania verba sunt: frustraque obvertuntur constituendo ærario Imperij publico. Non sumus in Lacionum, Venetorum, aut Utopicorum Republica. Alexander M. suos quondam habuit thesauros apud amicos, non noster Imperator, qui nec pares Constantini & Constantij subditis habet subditos. Nostrates hodie Imperij status non nisi comitaliter rogati aliquid dependunt ad Imperatoris, aut commune Imperij bonum, idque arbitrariè, querulè, tardè, mediocriter.

*Non major  
in subditis,  
quam in era  
rij que stori-  
bus fides.*

VI. Deradiculo hodie sunt, qui censent certiores esse Reipubl. opes apud Cives & subditos, quām apud quæstores publicos, veluti plerunque minus fides, aut negligentes. Sanè tales & esse possunt cives & subditi: quin longè facilius, uno duntaxat obsequii vinculo, illi gemino adstricti, muneric & obsequij, unde major in illis, quām in his præsumitur fides & diligentia: quæstoribus quoque incubant ærarij Prætores ac Præfeti, at nulli civibus & subditis: supereft ac præft denique his omnibus omnes præminens summus Imperij Thesaurarius, summè providus: perfidiaz & incuriaz obex, & acerrimus vindex.

## C. II.

### De Archithesaurarii Imperialis necessitate, dignitate, utilitate,

*Ærarium*

*Imperiali  
non potest es-  
se sine Archi-  
thesauraria  
Imperiali.*

I. Quām necessarium est Imperio ærarium, tam est ærario Imperiali necessarius summus Præfetus, id est, Magnus, aut Archithesaurarius Imperialis; sine quo nec illud, sine illo nec iste esse potest. Illustrē munus, esse,

## 9

esse Imperatoris Archithesaurarium, illustrius, esset totius Imperij; illud aulicum, ac temporarium quasi, durante solenni curiæ Imperatorie celebrazione; hoc perpetuum, ac stante Imperio: illud plus nominis, hoc rei habet.

II. Videtur mihi is nuper divinitus constitutus, bene mutato Archidapiferi Imperialis cum Archithesaurij Imperialis honore & officio; propè est, ut exclamem, tanti fuisse, hoc est, vel cladium illarum pretio factum, ut is Archithesaurarius esset Imperij, id est, summus Imperialis felicitatis auctor & sospitator, optimus maximus Imperij eternus, aliae pecunia non appetens, lux parcus, publicæ avarus.

III. Eo sic constituto S.R. Imperij Archithesaurario, velejushonori constituentium ærarium Imperiale, ne non rem & nomen habeat: nec duntaxat officium curiale, sed & Imperiale; quod superat reliqua Imperialia secularium Electorum munera, Archipincernæ, dapiferi, Marischal- li, Cubicularij: quorum ministeria aulica sunt certi & statim, hujus verò temporis continui: illa honori Imperatoris, hoc utilitati vacat Imperij: munus Archidapiferi solenni Imperatoris mensæ & reficiendo ejus corpori: munus Archithesaurarij publico Imperij marsupio, ac totius Imperij corpori: Imperatoris per Imperium, Archicancellarij per Germaniam munus eminentissimum est; utriusque effectu improptum in belli pacisque negotiis, sine Archithesaurij Imperialis ope ac munere. Hoc omnium vegetat munera. Pecunia, quæ in Imperij est ærario, publica, cuius ille est summus curator & custos, dat vigorem omnibus.

Hic Nummum Imperij claudit, depromit eundem;

Hæc est officij sedula Cura sui.

Expensæ crescant; ille hoc custode perennat:

Sic constat custos, Imperijque salus.

IV. Quæstura olim primus erat gradus honorum: ipsi Tribuni, ærario præpositi: quæstores è patriciis: provinciarum præsidib[us] additi, <sup>Præf[ecti] b[us]</sup> forūm ho- cojudices post ædiles, Senatores, Prætores, ærario Præfecti: Apud Persas, <sup>nor Tacit.</sup> Magnates, Tiridates, Begophanes, regiæ pecuniæ custodes. Aliique <sup>An. 11. 22. 4.</sup> 13. 5. 1. l. m. quondam erant urbani, alij militares, id est, Imperatorum exercitus co- <sup>D. de officio</sup> mites, thesaurarij militares, tresoriers des guerres, præfecti ærario, les <sup>quesitor. l.</sup> 2 D de O. 1. l. 2. C. lit. 37. Sueton. Claud. 20.

## C. III.

*De ærarii Imperialis natura à fisco & marsupio distincta.*

*Ærarij etymologia.* I. *Ærarium ab ære, quod olim in usu erat, nomen etiamnum habet.* Pecunia quamquam hodiè sit argentea vel aurea, nec, ut quondam ærea, illis metallis, aut nondum inventis, aut nedum signatis.

*Natura ærarij generalis.* II. *Ærarium Reipubl. uteri in star, pecunias recipiens publicas, paulatim postea dispensandas per totum Imperij corpus, est Imperialis Thesauri Camera, ad quam ex omni Imperij parte, pecunia publicæ deferuntur.*

*Pecunia Imperialis notio.* III. *Nomine pecunia hic non veniunt ea quæ jure civili, sed signata & numerata moneta, argentea & aurea, itemque omne frumenti genus, in alimenta militum & equorum, aliamque calamitatem Imperij publicam collecta & asservata.*

*Ærarium cur dictum Imperiale.* IV. *Dicitur ærarium Imperiale, quia ex omnium quoconque modo in S. R. Imperio commorantium collationibus, in Imperij majestatem, commoditatem, incolumentem conflatur, asservatur, & reconditur; in que usus ejusdem publicos, togatos & sagatos, quando opus est, expendit.*

*Fisci nominalis notio.* V. *Fiscus vas est sparteum, quo pecunia recipiuntur & deferuntur ad Principis Cameram, valetque continens pro contento, id est, pro ipsa recepta & delata pecunia, pecunia nomine latius sancto, ac civili jure.*

*Fisci realis notio: distinctione ab ærario Imperij.* VI. *Fiscus est Principis propria pecunia in usum ejus privatum; in quem ipse jus habet; cuius semper est bona causa sub malo, mala sub bono Princeps: ærarium est S.R. Imperii & S.P. Q. Rom. Germ. pecunia propria ac publica ad usus Imperij publicos; in quod nec Imperator nec Imperii status, ut singuli, sed ut universi, hoc est, ipsum S.R. Imperium, caput & membra, seu universum Imperij corpus, jus habet. Nomina fisci & ærarij heri & hodiè confusim usurpata.*

*Bona ærarij & fisci distinctione.* VII. *Ærarii publici bona sunt unius generis, & considerationis, mereque Imperialia ac publica, Fisci aut Principis bona geminæ sunt naturæ: quædam possidet, ut privatus, sine intuitu principatus; vulgo dicta bona Principis patrimonialia, non fiscalia, quibus olim præterat procurator Cæsar, vel Comes rerum privatarum, quædam possidet jure principatus, aut diadematis; vulgo bona Corona annexa principati; quædam possunt*

II

Si det jure potestatis & autoritatis, ut vestigalia, census, compendia bono  
rum vacantium, confiscationes &c. quae verè sunt bona fiscalia, propria  
Principis, quibus præst rationalis procurator, hodiè Præses Camerae l.z. s. hoc in-  
Principis, vel etiam fisci advocatus. Hæc fiscalia olim Populus R. post, terd D. ne-  
Principes, hodie Electores, Principes, Civitates imperiales possident, quid in loc.  
ipsum Imperium nihil eorum: unde ejus ærarium aliunde conflandum.

IIX. Fiscus minor æratio, major marsupio: Marsupium est singularis *Quid marsu-*  
exactio pecunia facta à consilibus & decurionibus locorum ac civita-*pium.*  
tum, postea deferenda ad Cameram Principis, vel ad ærarium Imperiale:  
rursus sumitur pro contento continens.

C. IV.

*De ærarij Imperialis definitione &  
divisione.*

I. Ærarium Imperiale est publica S. R. Imperij pecunia ex certi so- *Ærarij defi-*  
mnium in S. R. Imperio quounque tempore, loco, modo commoranti-*nitione.*  
um collationibus annuatim conflata, ad usum S. R. Imperij ac Imperato-  
res publicos, negotia Imperialia, iustitia, militia, legationis, casusque cala-  
mitatis publicæ, destinata, in certo Imperij loco asservata, à summo S. R.  
Imperij Thesaurario gubernata, ejusque iustis à quæstoribus, aliisque ad-  
jutoribus juratis administrata ac dispensata.

II. Est pecunia publica, id est, univerlo Imperij corpori, nulli mem- *Definitionis*  
brorum ac statuum, ac ne Imperatori, propria ac obnoxia. Ex certis an- *explanatio-*  
nuatim collationibus, pecuniariis præcipue, & frumentariis; septimo re-  
censendis capite. Omnia in Imperio commorantium sive momenta-  
neæ & transitorie, sive continuæ ac perpetuæ: sive in pagis, vicis, oppidis,  
civitatibus, sive in comitatibus, principatibus, ducatibus; sive sint indi-  
genæ, incolæ, advenæ, convenæ, hospites, opifices, sive magistratus, sta-  
tus, membra vicini, amici Imperij. Ad usum publicos, i.e. ad publicū S. R.  
Imperij honorem, tutelam, commodū, egationes totius Imperij bono ob-  
eūda; negotia iustitia & militia Imperialis; ad casus publicos avertendos,  
levandosve, publicæ calamitatis, hoc est, famis, pestis, egestatis cuiusdam  
status fatalis, belli denique externi, interni, internicini. In certo loco,  
totius consenit Imperij dilecto, in medio Imperij tuto & seculo. A sum-  
mo

Bbb 2

mo Imperij Thesaurario, hoc est, à S. R. Imperij Archithesaurario, summo Imperialis ærarij curatore, directore ac principe, primario pecunia publicæ præfecto, cogendæ, custodiendæ, expendendæ, ministerio quæstorum, aliorumque administrorum.

*In uno ærario diversæ & diversæ pecunia.*

*Quatuor præcipua Imperij nostro indigæ ærario.*

III. Ararium Imperiale unum, ita est componendum, ut in eo uno diversæ sint species, seu diversa, ac divisa pecunia, quia unum & promiscuum non omnibus bene negotiis, sed singulæ in eo pecunia, singulis melius destinari ac subvenire possunt.

IV. Sunt quatuor præcipua Imperij perpetuo indigæ ærario: primum est Status ac honor publicus Imperatoris, à quo dependet totius Imperij autoritas & dignitas publica, qui præcipue quoque hic spectandus, ac prima in uno illo ærario pecunia conservando ejus honori conservanda, qui alioquin nihil in nec de Imperio possidet, eaque loco mensum, quos vocant Romanorum seu expeditionum Romanorum, jam dum exolitarum: alterum est Onus negotiorum publicorum, quæ sunt vel belli vel Pacis; pacis iterum vel justitiæ vel legationum Imperialium; unde altera in eo pecunia reponenda sustinendis quatuor Cameris seu Curiis Imperialibus, & legationibus; tertia militia Imperiali: quartum est fatale quoddam, quod omnibus pene regnis, & nostro commune est Imperio, calamitatis Imperialis major vis, inde quarta in eo pecunia ad hos ultimos calamitatum ealibet, extremamque S. R. Imperij fortunam referenda.

*Quatuor in uno ærario.*

V. Hoc igitur unum ac perpetuum constituendum ærarium in se veluti continet quatuor; illustre, camerale, militare, fatale: quorum omnium unus summus erit inspector S. R. I. Archithesaurarius.

### C. V.

## De cuiuslibet status Imperij redditibus illibatis, & distinctis ab hujus ærarij mediis.

*Medita ærarij distincta à principiis um fisco, civita sum arario.*

I. In constituendo Imperiali reditu perpetuo, imitatus quodammodo D. Augustum, annitar, ut excoitem eum, qui sit circa cuiusvis injuriam, quem omnes Imperiales probent, nulli indignentur; distinctum à principum fiscis, civitatum ærariis, propriis cuiuslibet status redditibus, agrariis, pecuariis, solariis, piscariis, pistoriis, pomariis, olitorii, mercabilibus, metallicis, argentariis, aurariis, ferrariis, collectis, vectigalibus, gallis,

bellis, accisis, molendinis, fluminibus, amnibus, rivis, acupiis, apibus, bombycibus, bonis damnatorum, spuriorum, confiscatis vacantibus multatum, stipularum, ponderum compendiis, aliisque juribus & commodis territorialibus, juri dictionalibus, forestalibus.

II. Nec veteres Imperatorum reditus Imperiales, jam dudum factos Non primitis Imperatorum reditibus, nec novis per Imperium vestigalibus hoc ararium est locupletandum. Electoribus ac Principibus Imperij proprios, ad completandum hoc Imperatorum reditibus, nec novis per Imperium vestigalibus hoc ararium est locupletandum. ærarium revoco. Maneant omnia omnium jura ac commoda illibata. Nova vestigalia per Imperium publica nulla erigantur supplendis Imperialis ærarij reditibus ne non suus mercaturæ cursus eò maneat liber. rior gemino merces onere non augeantur, principum vestigalia non diminuantur.

III. Nec huc reductum eo nummum Imperij communem à Maximil. 7. primitus introductum, diversis exactum annis diversimode, & repetitum, denique desistum, cepto alio, hodieque retento: quia illæ no. 1500. 12. 17. stro incongrua æratio, & minus sufficiens, irregularis, extraordinarius, ingruenti bello Turcico, militumque stipendiis, non omnibus Imperij negotiis subsidiarius; incerta solutionis juxta ac incerti generis, modo patrimonia modo capita, modo utraque veluti mixta complexus. Hoc vero Imperiale ærarium esse debet ordinarium regulare, perpetuum, omnibus Imperij negotiis par, certæ solutionis & certi generis.

### C. VI.

#### *De tribus Mediorum Imperialis ærarij præviis.*

I. Primum est constans Imperialium voluntas ac propositum constitutendi ærarium Imperiale, enixi innixum studio conferendi, pro sua viam comunque portione, media, quæ mox in medium hic adferantur, ad illud munis voluntas Imperialis.

II. Animum addunt necessitas, utilitas, facilitas. Non ea necessitas, quæ lex temporis dicitur, quâ, quæ sunt, vi quadâ, cogete, mixtâq; quam pura movet Imperii videntur voluntate; qua cessante, cessat voluntas ac propositum constituendi ærarium; quæ ipsa animi constantiaz, quam hic requirimus, cessitas, bane plane aduersatur; sed ista civilis, quæ lex Imperij dicitur, suamque accipit finis Imperialis estimationem ab ipso civium Imperialium sine, qui est vel iustitia, vel

belli, aliorumve negotiorum Imperialium administratio, cui consequendo necessaria est ærarij constitutio ac locupletatio; qui finis cum sit perpetuus, perpetua quoque sit necesse est ærarij constitutio & locupletatio: Quæ vero ad utrumque hoc sunt necessaria, ad eajus habere intelligitur Imperium, hoc est, facultatem constituendi & locupletandi ærarium ex civium bonis Imperialium hoc ipso societatis immedietatis & mediatis respectu unitorum, se suaque tuendi & conservandi vel jure & legibus, pactis vellegationibus, vel vi & armis contra quoscunque; quæ absque ærario publico expediri non possunt.

*Eandem mo-  
res commu-  
nis utilitas;*

III. Nihil vero magis trahit animum ad hoc vel illud agendum aut instituendum, quam communis utilitas, seu id, quod publicè interest. Hoc ipso ducamur omnes; hoc summum in omnes & omnia habeat Imperium ac dominium. Habere constitutum ac locupletatum in Imperio ærarium, Imperij totius & omnium, & unius cuiusque interest. Nec aliter hinc accipienda publica Imperij utilitas, quam quæ universim & singulatim, quæque tantum universim, nec statim singillatim, quæque rursus singillatim ita conducit, ut & universim proficit, aut ad minimum singulatim, ubi non statim universim expediatur. Hanc quater variam utilitatem præstat ærarium Imperiale Imperio & singulis in Imperio, vel directè vel consecutaneè, quam uno veluti impetu omnes & singuli ducantur ad illud constituendum & locupletandum.

*Nec minus  
eam impellit  
facilitas con-  
stituendi &  
locupletandi  
ærarium.*

IV. Cuncta volentia & utilia videntur simul facilia. Animus, & utilitas gignunt amorem, amor facilitatem; ne hæc, ut sœpe evenit, sit imaginaria, modus eam perficit: cuius facilitas omne propositum & institutum reddit facile, & effectu promptum. Modi facilitas in constituendo & locupletando ærario sita est partim in Imperialium facultate, hoc est, facil potestate conferendi, partim in eorundem superante multitudine, quam & damnum, si quod intervenire videatur, facile erit, quod docent sequentia.

*Alterum pra-  
vium recta  
estimatio bo-  
nor. Impe-  
rialium.*

V. Præviuum alterum est recta estimatio eorum, quæ quilibet Imperij status, membrum, incola, in Imperio & ab Imperio aut beneficio & commoditate Imperij possidet, iisve utitur, fruitur. Hæc estimatio recta in eo consistit, quod eorum proprietas quasi ad Imperium pertineat, aut eorum possessio peculiaris non omne jus absorpsisse videatur Imperio; quod Imperium aut Imperator antea haberit, ac ne usus fructus eorum ita penes quemcunque statum sit, ut inde nihil debeat aut possit jure quodam abradi in communem Imperij & omnium usum. Quod jus utrobique ex necessitate & utilitate civili quodammodo reviniscere videatur

tur in bonum ærarij publici; & cùm benignâ hac exceptione prisci juris, res Imperiales in tot status dispartitæ videntur. Ut enim D E U S universum Orbem tot inter Reges divisit, cum hâc benigna interpretatione, ut inde alii quid piam in medium conferrent, nihil inde possidentibus; quia ille non multiplicat orbem, & satis amplum condidit, ut omnibus sufficeret, nisi plures nimium inde deceptum haberent, unde necessario aliis ejus carendum est: ita summi olim Imperatores tot inter Imperij Principes bona Imperij, feuda, regalia, privilegia, jura, possessiones, commoda, vestigalia, pedagia, telonia distributa, quasi hereditaria fecerunt, cum tacitâ hac benigna exceptione conferendi quipiam in publicam Imperij conservationem, non in luxum, non in propriæ donus inanem & superfluum splendorem.

VI. Præmium tertium est notitia Imperij, generalis, specialis, & specialissima: Generalis consistit in cognito statuum Imperij, locorum, hominumque numero. Status Imperij universi sunt 260. loca, Austriae & Burgundicis connumeratis, 2297. istis non comprehensis 1601. Homines verò innumeri. Speciali, in Circulorum, & in quovis Circulo statuum, locorum, hominum numero; quorum illi sunt decem; & in Austriaco loca penè 467. Status propriæ tales, nulli, nominetenus pauci quidam Principes recentes. In Burgundico loca 245, status quoque nonnulli nominetenus tales. In inferiori Rhenano, loca 127, status 13. In superiori, loca 200, status 50. In Bavarico loca 163, status 20. In Suevico, loca 236, status 34. In Franconico, loca 150, status 19. In superiori Saxonico loca 310, status 27. In inferiori loca 224, status 20. In Westphalicloca 181, status 37. Homines verò in unoquoque & in deceni Circulis, tricennali quanquam bello valde diminuti, haetenus tamen iterum multiplicati, quam plurimi, omnis generis, status, sexus, conditionis, nemine excepto, indigenæ & advenæ, ingenui & servi; urbani & rurani, docti & opifices. Specialissima, in omnium, & in uniuscujusque circuli, in omnium, & in uniuscujusque status, in omnium & in uniuscujusque loci, in omnium & in uniuscujusque Hominis cujuscunque, redditibus, facultatibus, possessionibus, bonis se moventibus, mobilibus, immobilibus, nominibus, salariis, mercedibus, in collationibus annuis Cameralibus, & mensuis militaribus; utrisque in matricula Imperij definitis, hîc non commemorâdis, quia ad nostrû Ærariû non computantur, quinimo, illo cōstituto, aliisq; modis locupletato, utrèq; penitus abolède. Redi-

*Tertium est  
notitia Im-  
perij.*

Reditus verò peculiares statuum, aliorumque Hominum Imperialium, & in Imperio commorantium, operantium, aut servientium, bona, qualia qualia nec hic pandere, nec delibare volo; spe benignæ largitionis, quam sponte quisque suâ provirili in hoc ærarium collaturus est. Non enim statuum Imperii bona Imperialia ita discreta sunt, ut sola apud singulos maneant, uti sola ad singulos pertinent: sic enim & sua cuiusque mala ad singulos quoque pertinebant; sed eorum particula cum ærario sociata ac permixta esto, ita singulorum mala ad neminem, ad omnes omnia ærarii bona certo modo pertinebunt. Reliquorum vero hominum Imperialium, in Imperio commorantium, operantium, servientium, que bona, aut mercedes, uti in Imperio conquista, ita Imperio quadam acquisita, & quædam eorum partiuncula veluti cadit in causam ærarii Imperialis. Conspecta hac statuum, locorum, hominum Imperialium multitudine, bonorumque possessione & acquisitione Imperiali, qualicunque & quantulacunque facilis apparet hujus ærarii constitutio ac locupletatio.

## C. VII.

*De mediis & modis constituendi ærarii  
Imperialis.*

*Collationes  
illustres.*

I. Primum ærarii medium verò est illustrissimum, ab ipso Imperatore, Electoribus, Principibus, Ecclesiasticis, & secularibus, à Comitibus, Abbatibus, Comitatibus, Imperialibus immediatis Nobilibus, profectum, secutis illustre D. Augulti exemplum, qui in ærarium militare, quod primus constituit, pecuniam pro se ac Tiberio intulit, idque se quotannis facturum promisit: Sic & isti de suis redditibus annuis, quantum quisque velint, abradant, conferendum in ærarium. Nullam eorum definitio partem, non tertiam, quartam, aut quamcunque aliam, ne arcana redditum pandam, voluntariam peto: cuius primum habet honorem, datque aliis exemplum noster Augustus.

*Collationes  
bello parta.*

II. Alterum prodit ex veteri Imperii Recessu, & 1500. nuperæ Capitulationis articulo 12. addicentibus ærario bona & loca bello parta Turcico, aut ereta extérís.

*Collationes  
extensis  
apertus.*

III. Tertium ex ejusdem Capitulationis Imperatoriz articulo 30. feuda Imperii aperta nemini conferenda, referenda in ærarium, id est, in usum Imperii publicum.

IV. Quan-

IV. Quartum est penale, quod bona justè proscriptorum alio-  
rumque ex Imperio publicè bannitorum ob crima atrocia, vindicat æra-  
rio.

V. Quintum collendum ab iis, qui quatuor Imperii curias su-  
pream suis fatigant secundis instantiis, locupletes actores & rei; qui sta-  
tim in limine introducendæ appellantionis certam pecunia summam ad  
Curiam quisque suam deponant inferendam æratio; actor quinquaginta,  
reus viginti quinque thaleros: causæ victor vicesimam summæ, seu litis  
titæ æstimata & in judicio obtentæ.

VI. Sextum ejus medium amplissimum est perpetua regula di-  
tandi æratio ex omnibus Imperii judiciis, in quibus, quod jure communī  
non conceditur, id imperrandum & concedendum ab omni magistratu,  
Principe, Comite, Civitate, permisu Imperatoris ac statuum Imperii.  
Ac pro eo quid pendendum æratio: quale est.

1. Audire testes seniores, brevi profecturos & longius obfutu-  
ros ante litis contestationem, & in ipsa duntaxat controversia, quod jure  
communi alioquin non conceditur.

2. Concedere adhuc 10. annos lœsis, post majorenitatem pro  
restitutione in integrum.

3. Concedere edicta aut rescripta permissiva, id est, quæ removent  
obstaculum juris communis, sive sit obstaculum ratione qualitatis perso-  
næ, sive ratione temporis & præscriptionis. Ut enim Princeps, aut Ma-  
gistratus in interdictis seu edictis prohibitoris lucratur multam à con-  
travenientibus; ita in permissivis æratum Imperiale, in cuius favorem  
hæc introducta. Sic lex ista nova, quæ permittit ei, qui in minore ætate  
lœsus fuit, ut intra 10. annos post minorenitatem petere posset restitu-  
tionem in integrum, removere obstaculum præscriptionis, quod jure  
communi saltim post quatuor annos competebat. Quale edictum per-  
missivum est illud, quod removet obstaculum ratione solennitatum juris,  
quæ ut remitti possunt per statutum aut consuetudinem, ita & per edictū  
permissivum ut valeat Testamentum duobus condendum aut conditum  
testibus.

4. Concedere moratoria, quæ summus plerunque Imperator,  
& vix alias Princeps, aut magistratus, nisi singulari ejus permisu, in-  
dulget.

5. Concedere literas status, id est, ut lis in eodem maneat statu-  
ne, qui justa de causa abesse cogitur, cogatur per procuratorem liti-  
gare,

6. Converttere appellationem in intercessionem, quia interdum melius est executioni intercedere, quam ab ea perperam appellare.

7. Nulla Principis rescripta, quæ gratiam aut jus quoddam continent, expedire perpetua, sed annua, ita fiet, ut singulis annis finitis, rursus impetrantur, & pro expeditis quid pendatur æratio: si intra annum non exequatur, finiantur, & de novo petantur.

8. Restituere in integrum contra res bis judicatas. Pro istis & similibus concessionibus, impetratis, & usurpatis aliquid pendendum æratio: quæ quamvis à summo tantum Principe peti ac dari solent; favore tamen ærii licentia danda aliis magistratibus nomine summæ Principis concedendi ejusmodi permissiva, qui emolumenta inde percepta deferant ad æarium.

*Collationes  
hæreditariae  
et vigesimalles.*

VII. Septimum ejus medium, quod D. quondam Augustus reperit & usurpavit ditando æratio, est vigesimallegatorum, inferendæ æratio: exceptis legatis, quæ pauperibus, Ecclesiæ, aut proximis agnatis relista sunt & vigesima hæreditatum, exceptis itidem illis, quæ iisdem delatae: quæ extraneis aut locupletibus, ab iiis vel decima, ultra illam, Dominio territorii debitam, distingenda, in æarium deducuntur prius debitum hæreditaris. Utraque solvenda ante legata, utraque in pecunia numerata, ex dividendis conflata rebus. Ejusmodi obventiones à Magistratu loci, ubi hæreditas cernitur, deducuntur deferantur ad Archithesaurum Imperii. Carebit onere vigesimal parva & exilis hæreditas.

*Plin. paneg.  
240.*

*Collationes  
capitales.*

*Quid hic  
ipsi.*

IX. Octavum, & antiquissimum colligendæ pecunia publicæ medium est Capitatio; solita quondam Tarquinio Superbo, longè post, sub communis titulo denarii, Maximiliano I. Imp: nostro hodie suppediat æratio, collationes capitales, in singula Imperialium impositas capit. Caput; pars veluti potior, totum hic notat hominem, suis membris rectè constantem, & utentem, manibus potissimum ac pedibus naturalibus instrumentis, quorum usu, ope, labore homines acquirunt vitæ necessaria & opes tam in usum quisque suum, quam alterius, domini, conductoris, vel boni etiam publici. Omnes enim homines in publicâ viventes societate, sua se sciant habere membra, non saltim ut sibi propria, aut conductoria, sed & ut publica instrumenta, quibus quid & publico acquirendum bono, qui publicâ tutelâ, alijsque publicis fruuntur commodis. Non vero omnium sine:

Anne discrimine censenda Capita: non ministrorum scholæ, Ecclesiæ, justi. *Non omnium  
titæ, militæ, status publici. Intellec̄tis sub nomine Scholæ, præceptoribus,  
doctoribus, professoribus scholasticis quibuscunque: Ecclesiæ, Ecclesia-  
sticis quibuscunque; Justitiæ, advocatis, procuratoribus, judicibus, Asses-  
soribus, magistratibus, eorumque accessis, quibuscunque: militiæ, Duci-  
bus belli, Nobilibus strenuis, militibus, quibuscunque: Status publici, ejus  
administris, consiliarij, legatis, publica belli pacisq; negotia obeuntibus  
quibuscunque: quia hi omnes sua jam impendunt capita, capitum præci-  
puas facultates, quin & corporis membra bono publico. Non mutilatorū  
præcipuis membris necessariis, qui iis nec sibi nec alijs prodeste possunt: *l.3. D. de con-*  
*non impuberū, masculorum & fœminarū, nec decrepitorum, quia ejus u-  
triusque ætatis membra aut nondum, aut non amplius, apta laboribus:*  
non perpetim ægrotorum, ægredientium, aut morbidorum, & unâ paupe-  
rum & indulgentium tam aliorum, quam publica ope, stipe, & auxilio:  
non statuum Imperii, qui corporis magis, quam capitis nomine veniunt,  
suasque jam ultrò conferunt æterio ilustres collationes, hoc onere non  
iterum molestandi. Reliquorum hiac omnium in Imperio capita inge-  
nuorum privatorum, artificum, opificum, operariorum, servorum, serva-  
rum, incolarum, advenarum &c. censa sunt: quorum certum definire  
numerum nobis non permittunt crebræ immigrantium, emigrantium,  
transientium, temporariè vel momentaneè commorantium mutationes,  
vel etiam fixorum in- & decrementa. Certus est circulorum in Imperio  
numerus, locorum quoque in quolibet circulo præcipiorum, at non  
omnium pagorum, non hominum, in quolibet circulo, in cuiuslibet circu-  
li locis præcipuis, pagisvè: certum interea & hominum seu capitum fin-  
gamus numerum, ne non capitatio suum fortiatur exitum, ex cuiusvis  
circuli locis præcipuis, certo definitis numero, pagisque certo singulis,  
aut propemodò determinandis numero, e.g. In Circulo superioris Rheni  
loca præcipua sunt 200. Inferioris 121. Franconico 150. Bavario 163.  
Suevico 236. Superiori Saxonie 310. Inferioris 224. Westphalico 181.  
Circuli Austraci Burgundicique locis non numeratis. Loca voco præci-  
pua cuiusvis circuli, civitates imperiales, provinciales, municipales, oppi-  
da, castra, vicos, monasteria: Prater hæc sunt & in quovis circulo Imperii  
loca minorum gentium, loca ruralia, pagi, villæ, fortean in quovis  
2000, unius pagis circuli alterius supplentibus: sic habebimus in octo  
circulis loca præcipua 1585. ruralia 16000. Jam quò putas fore capi-  
ta censenda in cuiusvis circuli dictis locis præcipuis ac paganis? Nec*

Ccc 2

Nec

Nec putes cives in civitatibus Imperialibus non esse capitandos, quia videtur esse status Imperii, qui suas ultrò illustres inferunt æratio collationes, huic oneri merito exempti. Verum cives illi videntur, at non sunt, status Imperii: constituant quidem cum Senatu statum Imperii, beneficiisque fruuntur statum; at singuli status Imperii non sunt. Sunt pars corporis, quod est status, heterogenea. Sunt Senatus potentia, non actu sunt privati respectu loci, in quo sunt, adeoque capitandi. Sic & qui in monasteriis aut castris habitant, aut serviunt, religiosi aut nobiles non sunt, adeoque capitandi: Si jam demus cuilibet loco præcipuo saltim quadraginta capita, pagano decem, singula dimidio censenda floreno, unius loci præcipui paganique populo alterius, locupletioribusque minus tales supplentibus, habebimus in cunctis universim locis præcipuis capita 63400. censa singula dimidio floreno 31700. flor. in cunctis collectim paganis capita 160000. singula dimidio capita ta floreno, 80000. flor. summatim 11700. flor. Unde patet, quantam cogit capitulo summam. Verum, quia in locis præcipuis longè plura sunt capita, quam quadraginta, plurisque quam dimidio floreno censenda; in plerisque quoque pagis plura quam decem capita, etiam diversi modi capitanda; ista præterea capitationis summa, singulis æqualiter in æqualibus imposita, minus æqua videatur; ideo cunctis locis, præcipuis ac paganis, alia est instituenda capitulo. Describenda sunt primum per cuiusvis loci magistratum urbanum ac paganum singula in quovis loco capita capitationi obnoxia; & cuique capiti sua imponenda summa locupletissimi crucigeri sexaginta, locupletibus triginta, mediocribus quindecim, modicioribus septem, servis opificum cooperariis tres, vi duis-duo, servis aliis & ancillis unus: temporarie & momentane e com morantibus aut transiuntibus pro sua cuiusque conditione exteriori ad prædictum capitandi modum ac mensuram. Unicaad hunc calculum facta capitulo monstrabit, quantum faciat summam. Hic tributum modus cunctis est tolerabilis, locupletissimi insensibilis, nec ipsis onerolis modicioribus aut pauperioribus: est & exactu facilis, impositu commodus, relatus quippe ad capita præcipue, non directe ad prædia ac ceteras cuiusvis facultates; quod respicit Imperii matriculæ, totinde diffi ultaribus, ex postulationibus involuta; his moderationem, illi augmentationem, alii exemptionem obtendentibus, quibus occupatricis sapè plus insumunt sumtuam; nullus plerunque effectu aut fructu, quam ipsa querit matricula aut capitulo summam. Non opus magno censu ad pendendum cum duos, tres, si ptem, quindecim, triginta, aut sexaginta crucigeros.

lx. Nonum



IX. Nonum ærarij medium est nummus impositus mercibus & rebus quibuscumque privata aut publica auctiōne per totum Imperium venalibus, hac cum determinatione, ut pro singulis necessariis & utilibus ad vi. & cum amicis cum ærario pendatur, ultra statutum pretium, unus nummus, venditorem inter & emtorem dimidiatus, e.g. pro singulo frumenti, avenæ, aut leguminis cujuscumque modio, pro singula salis, butyri, piscium at carnis cujuscumq; libra, pro singula olei, vini adusti, acetii, cerevisiæ mensura, pro singula panni, lini, serici ac lintei cujuscumque sit materia ulna, pro singulo ticalium calceorumque pari, pro singula ligni cujuscumque aut materia architectorū combustibilis vestura: duo nummi pro singulo equo, bove, ove, vacca, vitulo, porco, hirco, caprea, gallina, Asino: pro rebus mediis tres, e.g. pro singula aromatum condimento, miceræ, sacchari, piperis, &c. libra; at pro singulis lauitis, rebusque voluptuosis, mundis, gemmis, picturis, cælaturis quatuor nummi. Sic olim Augustus locupietando æratio militari instituit centesimam rerum venalium, seu centesimum rerum in auctiōne venalium nummum. Solitum idem est inventum cunctis Rebus publ. civitatibus, imperialibus, mercalibus: multò magis quoque licitu S. R. Imperio pro Imperiali æratio. Neque hoc mercantibus grave, dimidiatum quippe inter contrahentes, ac plerumque venditor suum ab emtore recipit.

X. Decimum ærarij medium sunt nundinæ Imperiales propriæ & peculiariter ita dictæ, & ab Imperatore, cuius est publicas in Imperio nundinas instituere, favore ærarij Imperialis per totum Imperium certis in cœnitatibus majoribus, certo anni mense, & integrō hebdomate instituta, numero duodecim; primæ Ultimæ ad Damibium 13.23, Januarij; alteræ Augustæ Vindeliciorum ad Lycum 27. Januarij 6. Februarij tertia Ratisbonæ ad Danubium 10. 20. Februarij; quarta Norimbergæ ad Pegnisi 15. Febr. 6. Martij quinta Magdeburgi ad Albim 7. 7. Aprilis sextæ Bremæ ad Visurgum. II. Maii: septima Hamburgi ad Albim 2.12. Junij octava Lubecæ ad Drayæ & Suartæ confluentem 16. 26. Junij. Nonæ Coloniæ ad Rhenum 7. 17. Julij. Decimæ Francofurti ad Moenum 21. 31. Julij, undecimæ Wormatæ ad Rhenum 4. 14. Augusti; duodecimæ Argentorati ad Rhenum 6. 16. Octobris. His in nundinis Imperialibus non tantum collationes mercales, sed & alia locupletabunt nostrum ærarium, e.g. pecunia forensis vulgo Marx. Stand. Krüm. Geld/ collata ex stationibus, pergulis, sedibus, scamnis publicis in foro, ex ponderatione rerum, vulgo Waag. Geld; ex f. lbi ponderibus, stateris, modiis, mensuris, aliis, s. ut idibus reum venalium minus bonarum; hanc tam etiæ s. ratione, ut quarta hujus pecunia & mulieræ forensis pars cedat Dominio.

Collationes  
nundinales.

I. I. D. de  
Nund. l. un.  
C. ead.

territoriali, in cuius civitate Imperiales istæ nundinæ, favore ærarij Imperialis, frequentantur; compensandæ, quam impedit, curæ, labori, oneri, in tolerandis nundinis, concedendis stationibus, ponderandis mercibus, inspiciendis mensuris, multandis fraudibus: planè ut collationes mercales extra nundinas Imperiales solitum eidem conservant jūs, quod habet, integrum, ex omnibus rebus venalibus, alterum licet nummum pro ærario requirant, ita & in nundinis Imperialibus idem ille nummus ex rebus venalibus, eidem manet integer, prætereaque quarta illa pars pecunia forensis: ne non bona cum veniā istæ nundinæ in cuiusvis civitate facilius tolerentur; non tamen quotannis, sed tertio quoque anno; non festis, quæ in illa septimana nundinarum, Imperialium interveniant, diebus, nec etiam intercessis, sed merè fastis & mercalibus, Adjuvent has nundinas privilegia Imperialia, quibus mercatores Imperiales & exteriæ peregrini invitentur, veluti immunitatis à solitis vectigalibus, teloniis, pedagiis, quæ Domini territoriales in illo nundinali hebdomate, favore ærarij Imperialis, remittant, ut & à solvendis debitis ibi vel alibi contractis, ita ut pro iis mercatores ibi detineri non possint. Durent hæc privilegia, & sint hebdomatalia continua, durantibus nundinis Imperialibus; nec ad alios, quæ ad mercatores has ad nundinas proficiscentes extendenda.

*Collationes  
reales.*

XI. Undecimum ærarij medium promit ipse S. R. Imperij fundus, diverso auro, argento, cupro, ære, ferro, plumbo, rebus pretiosis juxtaque necessariis, è divino benignitatis penu terræ inditis: quæ præcipue merentur dici res; animique cogitatione exigi possunt ad publicam rationem, quæ quadrantes fiant collationes reales, ordinatæ ad usum ærarij Imperialis publicum: sicuti alias istæ & ceteræ res corporales eadem animi cogitatione exiguntur ad privatam juris civilis rationem, quæ concipiuntur formulæ juris, quibus ordinantur ad usum humanum, ut nemini fiat injuria. Hæc res, quæ inveniuntur in fodinis metallicis, civitates constiuerunt & locupletarunt; eadem quoque & ærarium publicum S. R. Imperij, cuius in fundo sunt, & constituant, & locupletent. Status Imperij, maximè Electores utriusque generis, qui metalli fodinas suis in territoriis habent, imminunes quidem sunt, à decimis; privati, qui easdem suis in fundis habent, ab iisdem immunes non sunt. Ut vero isti quoddam tributum, & vectigal pendunt ex ipsis Domino territoriali eminens in fundos privatorum habenti dominium: ita isti hi Eminentes Domini itidem quippiam ex suis fodinis, tamen locupletibus divinæ benignitatis fundis, intuitu ac favore ærarij Imperialis, delibent in usum ejus publicum, deponant-

Carol. IV.  
Aur. Bull.  
c. 9.

deponantque, unde habent, ad Imperium, quod supereminens habet dominum in omnium bona, redditus ac proventus, in usum quidem publicum, & ad Omnia Imperij negotia. Qui tot auri tonnas gazasque congerunt ex auri, argenti, ferrive fodinis Schnebergicis, Schreckenbercicis, Luneburgicis, Salisburgicis, hoc quantulum cunque non abuent æratio Imperiali, semel in decennio.

XI. Duodecimum ærarij medium suppeditat Agricultura Imperialis <sup>Collationes</sup> peculiariter sic dicta, instituenda & exercenda in communem Imperij <sup>frumentorum</sup> sum, unde quotannis inferenda publicis Imperij ærarij granariis collationes frumentariae, quæ æquæ ac argentariae sunt necessariae; voce frumenti comprehensa omnis generis fruges, avenæ, fœnumque: Hinc circumspicienda omnia loca inculta, deferta, uliginosa, palustria lacustria ad Rhenum, Meenum, Danubium, Albim & Visurgim, ex horum fluminum vicinis pagis, & aliunde vel etiam ex Helvetia accendi, qui ibi nullos possident fundos, boni verò sunt pecuarij & ruricola, quos inter velutum glebae adscriptos dividenda, ut culta & fertilia certo diurno stipendio reddant inculta & sterilia palustria exsiccent & excolant, exemplo veterum nostratum, Numidiæ Regis Massanissæ, & imitabili solertia Belgænum. His ex publico Imperij æratio, extruenda tuguria, emenda instrumenta rustica, pecora, plausta & reliqua arandi necessaria, certo æstimata pretio, quandoque refundendo; horam labori ac culturæ tradenda illa loca gratis ad triennium, post certa ac perpetua pensione annua quintæ puri frumenti avenæ, fœni, inferenda publicis Imperij granariis extruendis in iis Imperij civitatibus ad dicta sitis flumina; quorum unum Sinfurti ad Meenum, alterum Spiræ ad Rhenum, tertium Colonæ ad eundem, quartum Ulmæ, quintum Ratisbonæ ad Danubium, sextum Magdeburgi, septimum Hamburgi ad Albim, octavum Bremæ ad Visurgim. Sed & loca in Imperio montosa & sylvestria, hactenus inculta eadem cole da mercede, sylva Hercinia, Ottonica, Spissartica, Norinbergica, Thuringica, aliis; vel denique in quibus excolendis levior labor, conquirendæ in Imperio planities, impascua, & desertæ, quales jacent Toinnanter & Sennam in superiori, Badam Stollhofum inter & Rastadium, in inferiori Alsatiæque circa Magdeburgum Brunswigam, Lüneburgum, & Lubecam in inferiori Saxonia; in superiori Lipsiam inter & Naumburgum, longè lateque per utramque Pomeranian, iisdem ex vicinia eò aceditis ejus census agricoliis eadem mercede fertiles reddendæ, eadem condit one possident: paria in proximis oppidis granaria extruenda, & utrobique molentriæ ad flumina dictis oppidis contigua, in quibus, tempore necessitatis, collecta frumenta molenda, in pilis suis & fur-

& furnis ibidem constitutis coquenda in vicum Imperii militis. Magistratus dictarum civitatum & oppidorum, prope quae loca illa palustria, montosa, plana, jacent, & in quibus granaria, molentrinae, pisturæ, furni illi Imperiales sunt, non modo ejusmodi locorum certam nomenclaturam ad Imperiale Architheatrum, ejusve administratorem referre, sed & curam ruricolarum, granariorum, molentrinarum, furnorum totiusq; rei frumentariz, unâ cum publico collationum frumentariarum, scriba & annotatore, ibi commorante habere, non ægre feret.

*Collationes  
extreme.*

XII. Tertium decimum ærarium medium largiuntur collationes extreæ, quas conferunt primas Ecclesia per totum sparsa Imperium, cujus cunque sit nominis Concilium Lateranense, Decretum Gratiani capita Ecclesiastica, seu personas habet immunes, non res & redditus Ecclesiasticos: privilegia & immunitates personis competit; res & bona Ecclesiastica Republicæ, Imperio, Imperij æratio publico. Hoc obscurat omnia jura, ut Sol omnia sidera. Hujus prærogativa præminet omnium privilegia. Sacri Thesauri casibus reconditi extremitatis, non subducti æratio publico. Hoc usus jure Cæsar in Thesaurum Capitolinum: Vigesimaliter partem bonorum Ecclesiasticorum, scilicet eorum, quæ possidentur religiosas, aliisque personis ecclesiasticis, quæ non sunt status, inferant volentes æratio Imperiali, tertio duntaxat anno. Secundas Testatorum pietas, maxime locupletiorum, qui & ipsi trigesimaliter bonorum æratio relinquunt Imperiali, secus invalida eorum erit dispositio: tertias blasphemorum, perjurorum, usuriariorum, calumniantium, ebriosorum impietas, geminis constringenda mulctis, ordinariâ pro cuiusvis fisco, extraordinariâ pro æratio Imperij publico; arbitrandâ pro modo, frequentia, aliisque circumstantiis.

*Collationes  
confines.*

XIV. Decimum ærarium quartum & ultimum medium congerunt vicini S.R. Imperio Reges, Galliæ, Hispaniæ, Sueciæ, Daniæ, Poloniæ, Bohemiæ, Hungariæ, Vicini Imperio Duces & Principes Sabaudie, Italie; vicini Imperio Republicæ, Venetorum, Batavorum, Helvetiorum, Genevensium, in bellum maximè Turicum, quantum quisque possit, quantum quisque velit. Posse, felicitatis est, velle, magnitudinis.

XV. His ex mediis, modisque, æquis, tolerabilibus, facilibusque, publicum S.R. Imperij ærarium constituendum; constitutum augendum, auctum servandum, seruatum in usus Imperij publicos & necessarios impendendum. Omnim summam dabunt anni, quos intra colligenda.

C. IIX.

*Plin. paneg.  
61, 4.  
Mediorum  
usus publ.  
cus & ne-  
cessarius.*

*De tempore, intra quod ærarium Imperiale his mediis est  
constituendum & locupletandum.*

I. Tempus constituendi ærarij publici est illud, intra quod omnes collationes sine magno conferentium incommodo confluere possunt in æras Tempus constitutio-  
nem, rīs est de-  
tempus absolu-  
tum, ita & isthoc constituendi  
ærarij, intra quod jus cujusquam iniuria fieri potest; cunctisque intra id  
tempus congestis, constitutum videbitur ærarium.

II. Ipsæ collationes illæ tractenū dicitæ, nondum indicitæ, sunt diversi generis & temporis, non uno omnes tempore rogari, requiri, indicari, exigari, Diversa Colla-  
tiones sunt  
conferri possunt: Illustres, reales, confines, sunt spontaneæ quoad modum  
& tempus. In iis tamen conferentium felicitas & magnitudo modū, & qui-  
tas tempus præscribit. Bellicæ, feudales, penales, appellativæ, juridicæ,  
hereditariae, mercatae, quædam extremæ, sunt cauæles & cauæles, in  
quibus causa, & casus modum sine tempore quædocunque evenit,  
in perpetuum præscribit. Real Capitales, nundinales, frumentariae, ac quædā  
extremæ, sunt mediæ quoad modū & tēpus, in quibz æquitas utruq; definit.

III. Collationes illustres, reales & confines, illa definit decennales & Singula colla-  
tiones suum  
Capitales, octennales & periodicas; nundinales, extremæ Ecclesiasticæ, tri-  
ennales ac periodicas; reliquæ omnes, cauæles & causales, perpetuas.  
habent tem-  
pus.

IV. Pacato iterum Rheno, Rhenique accolis, videor videre collationes illustres auspiciari primum decennij annum, veluti jacientes ærarij fundamentum, injectis quibusdam suorum reddituum auri, argenteique stipibz Omnium di-  
stincta tem-  
pora, qua-  
rundam pe-  
riodica, qua-  
rundam per-  
petua. voluntariis: confines claudere ultimum, adjectis eidem nonnullis suarum opum particulis; tertium quemq; ejusdem insignire Imperiales nundinas, seu nundinales, statu in octo dies pro ærario mercatu, parem extremas & ecclesiasticas, allatis ad id eorū reliquiis. Unicū reales, promis ac promitis metallorū primitiis: Capitales quintū quæq; ejusdē, acto in idē Capitū cen-  
su: cæteras perpetuum decenniū, cōtinuatis suis emolumētis toties quoties.

V. Videtur hæc annorum distributio collationes reddere faciles & tolerabiles, tolerabiliores ista; Imperatore & Electoribus ærarij munerati bus primo decennij anno; altero novē reliquis Electoralis Circuli statibus Imperijs: tertio, illis quinquaginta superioris Rheni; quarto his novendecim circuli Franconici, quinto totidem Bavarij, sexto, istis triginta qua-  
tuor Suevici; septimo, talibus viginti quinq; Superioris, Saxonie & inferioris, octavo viginti ejusmodi Trigintaq; septē Westphalici, nono anno,

Ddd

con-

Connumerato in quolibet anno cuiusque circuli suo ordine Equestris. Ultimo ac decimo, Regibus Consinibus. Idem locupletantibus semel in decennio metallicarum fodinarum Dominis, ter nundinatricibus civitatibus, & sacerorum bonorum usufructuariis, bis quater capitatis in octo Imperij circulos disperitis, singulo anno singuli circuli censis capitibus supra notatis, primo Inferioris, altero Superioris Rheni, tertio Bavarii, quarto Superioris Saxonie & inferioris quinto, sexto Franconici, septimo Suevici, octavo Westphalici circuli; quolibet semper circulo per octennium vacuo: reliquis collationibus perpetuo, ac toties quoties, currentibus in æriis.

**Aerarium**  
bis mediis &  
annis consi-  
tutum, ius-  
dem augen-  
dum, auto-  
eo, remittendae paulisper  
collationes.  
**Summi aera-**  
ri drojso in  
quatuor alia  
videnda æraria peculiaria, in Imperatorium, destinandum ad Cæsaris sta-  
imperatorum, milita-  
re, Camera-  
le, Sanctius,  
Qua inferen-  
tia; in sanctius, consecrandum casibus Imperij ac statuum extremis.  
dum ac promendum pro administranda in tribus Imperij Curiis justi-  
toriorum &  
militare.  
Qua iterum  
in utrumque  
in Imperatorium.

**VI.** His adeo mediis, modis ac temporibus anniæ aerarium Imperij publicum constitutum, iisdem in alterum ac tertium decennium augeri ac locupletari potest, donec ejus opulentia, opumve magnitudo collationes indicatæ in unum & alterum decennium malit remittere, quam admittere ulterius, nisi salus Imperij aliter malit.

**C. IX.**

**De summi aerarij divisione in quatuor peculiaaria, mediorumque  
ad illa destinatione.**

**I.** Summum hoc Imperij aerarium, ejusq; media, in quatuor veluti di-  
videnda æraria peculiaria, in Imperatorium, destinandum ad Cæsaris sta-  
tum honoremq; & ad Legationes Imperiales: in militare, conservandum  
ad omnem Imperij militiam, & contra Turcam; in Camerale, reconden-  
tum, militare, Camera-  
le, Sanctius, dum ac promendum pro administranda in tribus Imperij Curiis justi-  
toriorum &  
militare.  
**II.** Collationes illustres, & quidem Imperioriarum & Electorales congo-  
loriorum &  
bandæ in Imperatorium: statuum Imperij, Equestrii, confiniū, in militare,  
**III.** Collationes bellicæ, itidem in militare, feudales, reales, nondinales  
in Imperatorium.

**IV.** Collationes pœnales, appellationum, juris rationum, vigesimalis  
in Camerale: que in Camerale: frumentariæ partim in militare, partim in Camerale, partim  
in sanctius, militare, &  
**V.** Collationes mercales & extrema in sanctius. (in sanctius  
militare, &  
**VI.** Collationes Capitales, duæ in Imperatorium, duæ in militare, duæ  
in Camerale, duæ in sanctius. **C.X.**

**De commode aerarij Imperialis loco.**

**I.** Locus commodus est, qui situm in Imperio medium tenet, quo pari  
penè itinere collationes hinc inde commicare possunt, qualis est: videtur  
Norberga, Germanie imo Europæ umbilicus: cujus quondam castrum,  
commodes Norberga à Norbergensisbus, Imperatore Carolo V. renovatum & vim  
contra hostilem munitionem, arx velut invicta Imperij ac portus  
Imperatorum fui; habitum, quod hodiè est granarium, nunc non veteri  
modo

modò forma restituendu<sup>s</sup>, sed novis muniti<sup>s</sup> & custodibus circum-  
dandum, custodiend<sup>a</sup> pecunia Imperij publica<sup>r</sup>.

II. Nisi malit Magistratus loci locum æratio Imperiali concedere in  
quada<sup>m</sup> æde sacrae hodiè vacua, jam separata, vel etiam ab aliis  
separanda ædificiis, sola solum amplexa suum veluti Insula, munienda  
muris, vallis, fossis. Talis locus sacer & inviolatus censetur: unde ea sem-  
per pecunia in templis, in fanis asservata veluti tutissimo deposita præsi-  
dio. Celeberrima est Templi Hierosolymitanæ opulentia, quam Pom-  
pejus intactam reliquit, alter diripuit: Templi Delphici in De-  
lo Insula, ac Brenno Gallorum Duce appetita ac petita. Romani  
eandem asservabant nondum quidem signatam, in æde Saturni; quo re-  
gnante, nulla regnabant furtæ, nulla avaritia, improbitas nulla;

III. Uter ibi æratio consecratur, quatuor ille intus constituendus for-  
nicibus, quatuor veluti diversarum collationum receptaculis; fornices  
ferreis obtruendi portis, & angustis fenestris, porta repagulis & grandi  
oribus serris, fenestræ clathris & ferramentis acutis: iidem instruendi re-  
conditoriis, arcis, armariis, scriniis, riscis, capsis, servandæ, transferendæ  
pecunia<sup>r</sup>, spartis, corribus, copiñis, calathis, quisillis; iidem diversis  
inscribendi nominib<sup>g</sup> ærarij, Imperatorijs, militaris, cameralis, sanctioris.  
Sic & olim in duplice fuit loco ærarium, unum in exteriori parte fani, velu-  
ti vulgare, communij recondendo Reipubl. censui, alterum servum in pe-  
nitiori ædis sacræ recessu, velut titorii & munitioni loco, custodiendo  
auro v. cœsario ad ultimos casus promendo.

IV. Paranda ibidem sex conclavia, quorum primum ac præcipuum sa-  
craum esto Serenissimo Archithesaurario, alterū administratori ærarij Im-  
peratorij, tertium quæstori ærarij militaris, quartum curatori ærarij Ca-  
meralis, quintum custodi ærarij sanctioris, sexiū, quinq; diversis distinctu  
cancellis, minorib<sup>g</sup> eoru<sup>m</sup> ministris ac scribis, munia quisq; sui ibidē sepa-  
ratim obeuntibus. In primo rilicus occultandus parietarius, reponendis  
quatuor fornicum clavibus à solo Archithesaurario, ejusq; vices gerente,  
præsentib<sup>g</sup> reliquis administris, aperiend<sup>a</sup> & claudendus. In neutro ullum  
cubiculu erigendum, diurnis conclavia laboribus occupata, nulli cubicula  
quiete nocturna, extra ærarij locum carpenda in conductu quisq; suo. Sex  
ridē in inferiori area construenda minora contubernia, unū pro ædis æra-  
tice portiore, reliqua pro ejusdē custodib<sup>s</sup>, suis quodq; strati<sup>m</sup>is instructa.

V. Excitanda hæc primæ collæ & Imperiali pecunia sumtibus, de-  
ponend<sup>a</sup> interea in tuto Palati<sup>m</sup> U<sup>m</sup>bris loco, sub iucata fide Triumviroru<sup>m</sup>  
in eleyi Senatus primorum, qui aū Archithesaurarij præscriptum publica<sup>r</sup>  
pecunia promicondi erunt temporarij; donec locus ærarij fuerit constru-

Ddd 2

C. XI.

*De kararij Imperialis constituendi & constituti  
ministeriis, horumque salariis,*

*Ministeria*

*Archibesau-  
tarij, Dire-  
ctorum Cir-  
cularium,  
Magistratū  
et uniuersi-  
tatis con-  
stituendo  
etario.*

*Peculiaria*

*horum Ma-  
gistratum  
ministeria  
in eodem  
constituendo*

*Vtima o  
mnium ma-  
gistratum  
ministeria  
in eo consti-  
tuendo.*

I. Serenissimi Archithesaurarij ministerium utrobique eminet, præcisè Imperij consultum de eo constituendo, collationibus indicendis & imponendis, suo Imperatoris statuumque nomine intimandi Celsissimis Circulorum Directoribus; horum idem Circulorum statibus, ac præcipientiis quovis in Circulo locorum, civitatum maximè Imperialium Magistratibus. Isteque sunt, ordine & circulo quisque suo, primores ejus constituendi auspices, ministri, promicendi & collationum quisque suarum spontanei.

II. Alteri ejusdem ministri sunt dicti Magistratus, quorum cura, in suo quisq; Circulo, loca, minora alicui majori, ejusq; magistratuī juncta, veluti inde dependentia, homines, collationes, quotam cujusq; suā, diem, quo exigī fas est, in publicas referendi tabulas, easqne publicandi; publicis confruendi sumptibus quasdam areulas quadrangulas quatuor pyxidibus distinctas, quatuor diversis foraminibus superius patulas introrsum, non retrorsum, quatuor catenatis seris occlusas, quatuor ærarium initialibus literis. I.M.C.S. exteriū signatas literis, easque mittendi ad cuiuslibet loci magistratum, urbanum & rusticum, claves ad Archithesaurarium.

III. Omnia horum magistratum, majorum, minorum, sollicitudo, in sua quisque civitate, oppido, eives, opifices, servos, hospites, omnes ibi commorantes ad solvendas collationes, more solito & stato tempore convocandi, casuales indies collationes recipiendi, ad Archithesaurarium singulis annis integrè mittendi, vel suo quisque in loco, oppido, civitate quosdam collationum coactores seu receptores, pro locorum & hominum numero, viros probos, fidos, parcos, sobrios, duriusculos, prævio fidelitatis juramento, vel ex suismet ipsis, suisve apparitoribus, eligendi, suum cuique jungendi annotatore receptorum, virum industrium, integrum, veracem, codem sacramento illigatum, iisdē commitendi tabuas & arculas; quoruī indefessus labor est, per universum Imperium, suis quisq; in locis, totius decennij annis, statisq; temporibus notatas collationes, ritè exigendi, distinctim recipiendi, integrè in pyxides quasvis suas immittendi, benè annotandi; tabulas, arculas, codices receptorum recte numeratorum ad cujuslibet circuli directorem primarium tutò deferendis per unum & alterum coactorem quādam custod. à circumdatum.

Hæc

Hæc cuncta denique quilibet director per fidos suos legatos majori deportanda curabit custodiâ ad Archithesaurarium; à quo, suisve fidis ministris, tabulæ, & codices receptorum Directorum legatis præsentibus, inspiciantur, arculæ & pyxides separatim aperiantur, pecunia cum receptorum codicibus collata, denuò computata, minutæ in grandiores species à suo prius monetario conflata, in ijsdem arculis ac pyxidibus quæque suis occlusæ, per fidos ministros & custodes ad locū ærarij transportentur; siquiciter iterum rectè numerata, præsentibus Noribergæ Triumviris, suis quæq; cistis occlusæ, suis quæque forniciis, inferantur, fornices curiose claudantur; tabulis cuiuslibet anni ibidem relictis, arculis & pyxidibus vacuis ad dictos magistratus, unde venerunt, clavibus earum & fornicum ad Archithesaurarium relatis. Atque hi coactores sunt ultimi & utilissimi ejus constituendi ministri; comperti fraudis, vel publicam avertisse pecuniā, ut peculatores flagitandi; ab iisdem & reliqua, si qua exhibuerint, solvenda, salvo ad reliquatores recursu.

IV. Cuncta pecuniâ pertotum coacta Imperium hoc primo de  
cenno, & illata æratio, hoc demum dicitur constitutum: cuius admini-  
strati sunt isti & quidem perpetui. Primus & summus est Serenissimus Ar-  
chithesaurarius, totius ærarij, & reliquorum administrorum Praeses,  
ephorus, judex: mediis sunt consiliarii, quæstores, scribæ, calculatores;  
infimi, apparitores, custodes, janitores.

V. Archithesaurarii munus h̄c iterum est amplissimum, primum  
est circumferre oculos per totum Imperium, & eos sibi adjungere consi-  
liarios, & ærarij advocates, quos augendi, locupletandique ærarii existi-  
mat peritos: eos constitutere quæstores, quos publicæ pecuniæ novit ava-  
ros, parcos, non appetentes; non egentes aut pauperes, ne quid clam,  
non impotentes & validos, ne quid audacter contrectent; non callidos, ar-  
tesque fallendi eductos, quales plerumque sunt ætate proiectiores, diuq;  
iis in artibus, rebusq; numariis tractandis versatos: sed integros, inno-  
centes & simplices, quales plerunque sunt juvenes: sufficit, nosse literas  
codicemque accepti & expensi scribere, mandata & justa Archithesaurarij  
sequi & exs: qui: eos eligere scribas, quos invenit assiduos, promptos, & ex-  
peditos: eos deniq; rationales & calculatores, quos arithmeticæ, variæque  
computandi scientiæ habet compertos, quietos & industrios, non moro-  
los, non extravagantes, hoc & non aliud agentes, eos denique apparitores,  
custodes, & janitores, quos celeres, agiles, alacres, vigilis, humanos, sem-  
per præsentes & obvios videt: alterum est, hos omnes sacramento fidei,  
diligentia, vigilancia, utilitatis curandæ, damique evitandi obligare; ter-  
rium, ordinare, ut unâ omnes fidei & operâ omnia tractent, non unus

omnia & singula, nec solus sola: Unus & solus facile tentari, corrupti, falli & fallere potest, non omnes: quartum, conservando, parcendo, augendo locupletandoque incubare ærario; providere ut otiosa pecunia sœnori detur civitatibus Imperialibus, alii sub certo pignore, ut emantur & ærario inserantur communatum. Nobilium, aliorum que bona, prædia, pagi, vici, villæ, oppida, praefecturae, baronatus, comitatus, haec que omnia certa locentur pecuniâ annuâ; ut cunctis bus horum interdicantur omnibus aliis, soli servandis ærario: quintum curare, ut copia rerum ad bellum necessiarum tempestivè & ante bellum comparetur, & cumuletur: sextum denique, singulo trimestri de quæstoribus breves accepti & expensi tabulas requirere: & alia id genus prospicere, & mandare.

*Officium  
consiliario  
rum.*

VI. Cura Consiliiorum est: consilia Archithesaurario suggestere utilia, honesta, facilia, & effectu prompta, de bene curando, indies augendo ærario: modos acquirendi & sumptibus parcendi excogitare novos, utiles ac probos, eosque ad archithesaurarium referre, eidemque approbare, circumspicere per totum Imperium, quid venale, quid emptibile, quid comparabile, quid fructuosum, quid infructuosum, quid utile aut invile, quid exitiosum aut damosum sit ærario; omnem quæstoribus præstare operam, ubiunque eorum munera necessaria, uno verbo, adesse ærarij utilitatibus, prudenter ac provide.

*Partes Advocatorum ærarij*

VII. Advocatorum ærarij partes sunt agere causas ærarij publicas, ex quibus compendia in ærarium deferuntur, defendere in quantum ærarij inter se, interpellare, accusare morosos.

*Opera quæstorum;*  
*L.2. §. 22. D.*  
nias, à magistris, coactoris, ipsius Imperij statibus ad ærarium redeo orig. sur. l. latas, acceptas & expensas in publicas referre tabulas, &c. rationes, opera mea. De off. scribarum cons. cas in ærarium deponere, reddere, edere coram Architio quæst. scribarum & consiliariis, advocatis claves ærarij fideliter custodire, fornices & cista sine alterius ope & fide non aperire, cuncta integrè & sancte tractare, præsentibus ærarij advocatis, quibus subsunt.

*Scribarum ministerium*

IX. Scribarum, qui olim à quæstoribus, hodie ab Archithesaurario assumti, ministerium est, cuncta, quæ in quæstura ærarij obveniunt, recte & ordine annotare, in registra & inventaria referre, rationes quætorum describere, literas ad circulares, & magistratus, statim collationum temporibus, ex Archithesaurarij præscripto, quætorum monito expedire, obsignare sigillo Archithesaurarij, & emittere, uno verbo, adesse quæsturas; & esse quæstoriibus ab epistolis.

X. Cal-

X. Calculatorum sollicitudo est, quæstorum rationes quieta cum industria, sine dolo & calumnia dispuñgere, id est, ut vulgo loquimur, computum examinare, & mathematicè calculare, seu, referente Papininiano, accepta & data conferre; hoc est, singulos articulos accepti & dati non obiter percurrere & ultim ad calculum vocare, sed &, nec aliter approbare, quam cum suis causis justificis prolatos; nec tamen de iis, quæ in jure consistunt, arbitrari, verum ad ærarij consiliarios advocatos vel ipsum Archithesaurarium remittere; nulla reliqua admittere, eas quæstoribus imponere, dispunctas rationes ad Archithesaurarium referre.

Rationalium  
& Calcula-  
torum solli-  
citudo.  
I. cognos. Di-  
di V.S.

XI. In simotum ærarij ministrorum servitia nemini non nota, omnibus ejus administris necessaria, tot æratio tutissima.

XII. Ærarij constituti laboribus, non admodum operosis, nec variis, maximis à coætoribus vel magistratib⁹ circularibus jam confectis, duos sufficiens puto consiliarios, totidemq; advocatos, aut unum advocatus, procuratorem unum, duos quæstores & scribas, at tres calculatores, unū qui clare exponit ex accepti & dati ritè confectis tabulis, singulorum articulorum calculum, & omnium seu totius lateris summam, duos, qui recte ponunt eorundem calculum & summam, duos apparitores, unum janitorem, sex custodes, tres diurnos, totidem nocturnos, alternatim vigiles. Consiliarios undeunque ex Imperio sumendos, ut libitum fuerit Archithesaurario: advocatos, quæstores, scribas calculatores vel ex Imperij circuitis, nisi in commodum fuerit aliunde Noribergam transferre domicilia, vel, quod multò commodius, ex ipsa Noribergensi civitate, sicut & infimos ministros reliquos.

XIII. Salaria cuique, & qua constituere mearum non est partium: suum Horum salaria. Archithesaurarij honorarum annum definire, totius est Imperij, Archit. ria. reliquis administris salario ac stipendia, ex publico solvenda ærario singulo trimestri; majora aliunde Noribergam commigrantibus, minora Noribergæ commorantibus; honesta ac vita toleranda paria omnibus & singulis, pro suo cujusque statu, ministerio ac servitio, coætoribus ac annotatoribus, quorum improbior ac molestior labor est, stipendij loco esse videtur immunitas ab omnibus collationibus, hospitium gratis liberaliterque ubiq; venientibus, patens: obolus deniq; ex quibuslibet centum coætis florensis. Magistratibus sua manent jura & emolumenta supra memorata ex collationibus percipienda.

### C. XII.

De quæstorum tabulis rationalibus, seu rationalibus, ac ratiociniis.

I. Codex quæstorum rationalius duabus constet tabulis, accepti & dati: utræque certis foliis, folia paginis, paginae articulis, articuli acceptis & da-

Note bona  
rationarij.

& datis, accepta & data numeris, per lineam in marginem deductis, unius cujusque paginæ cunctis in latera numeralia, hæc in summam finalem rite computatam ac subscriptam à quæstoribus.

*Tabularum  
accepti sum-  
ma capita,  
& capitum  
articuli.*

*Tabularum  
dati capita  
capitumque  
articuli.*

*Rationalia  
rationum  
articulorum  
fundamenta.*

*Quid sit  
Ratiocinium  
quibusque  
conficit per-  
sonis.*

*Tertij istius  
memorabilis  
S.R.I. ærario;  
volui ac debui;  
Conclusio ac  
votu finiturus  
au-  
toris pro ho-  
rum trium  
successu.*

II. Tabulæ accepti quatuor summa habeant capita, hoc est, rubricas & titulos, acceptorum pro Sanctiori, Augustiori, Camerali & militari ærario: quælibet rubrica tot articulos, quot collationes cujuslibet ærarij rationibus relatas.

III. Tabulæ dati aut expensi sex, quatuor primores expensa ex sanctiori, Augustiori, Camerali & militari ærario, duos posteriores expensa Archithesaurij, administratorum salario, aliaque necessaria exhibentes pro extruendis instruendis conservandis ærarij conclavebus, fornicibus, papyro, calamo, atramento, aliisque casuilibus sumtibus.

IV. Rationalia sunt rationum adjuncta, instrumenta, schedulæ justificæ, apochæ, attestations, quibus articulorum, & tabularum accepti & dati fides nititur, profectæ vel ab Archithesaurio, vel à directoribus magistratis, coactoribus circularibus, ex quibus appetat à quibus, quo circulo circulive directore, magistratu, coactore, quo anni mense & die, quid acceptum; cuius jussu causa, quo fine quibus quid datum, solutum aut expensum: articuli tabularum his destituti rationalibus censemur reprobri, & ipsæ tabulæ ac rationes improbæ.

V. Utrisque tabulis ritè conscriptis, Archithesaurarius statu anni tempore, rationum auditores & examinatores, duos consiliarios, & Advocatos ærarij, ipsoque Calculatores vocat ad ratiocinium, id est, ipsum actum examinandi ac computandi, seu rationes dispungendi, functuros munere quinque suo suprà definito, secundum formam ab Archithesaurio praescriptam, integræ, sanctæ, nulla ullius personæ alteriusque habitâ ratione considerationis: quibus ritè dispunctis, quæstores, qui rationes reddiderunt & ediderunt, aut paria, aut imparia, aut residua fecerunt; si paria, justæ erunt rationes, si imparia ubi vel data sunt acceptis pauciora & minora ærario, utiles sunt rationes, ubi plura ac majora, sumtuumq; gravitate collationes antecunt, ærario exitioæ auditoribus suspectæ, ipsisque quæstoribus graves, si residua, eæque in ærarij scriniis, optimæ erunt rationes; sin in rationum tabulis, pessimæ, subiectæ, perfidiosæ, quæstoribus ignominiosæ, qui reliquum, quod apparet, intra tempus ab Archithesaurio præstitutum, tenentur solvere, præter multam, ubi malæ sunt rei fidei, haec tenus reliquatores, ærarij debitores, donec ei satis aut fecerint aut dederint.

VI. Hæc mihi visa dictu necessaria de constitudo & administrando constituto memorabilis S.R.I. ærario; quibus ipse, qui, ut nunc sum, aliter non potui, toti Imperio prodesse, Conclusio ac volui ac debui; voto finiturus hæc tria S.R.I. memorabilia; summo eidem accessoria, ut summus S.R.I. arbiter Deus corum necessitatem, facilitatem, utilitatem, etoribus inspirat eorum, quos penes est Universi eura Imperij; reliquis illis decennium comitiorum inanibus cogitationibus, consilis, re- & correlationibus, sine ullo, aut lento exitu atque effetu, His recte ordinatis S.R.I. intus erit felix, fortis, formidabile.











































743582

AB 743 582

ULB Halle  
001 971 077

3



R

1077

Hug. 98 / Sd. n.



